

π d
3146



Q

I

F

C



2K 557 (5)

II d
3146

VINDICIAE
ANTIQUITATIS CARMINVM OSSIANI

DISPV TATIO HISTORICO - CRITICA

Q V A M

P R A E S I D E

IOANNE MATTHIA
SCHROECKHIO

PHILOS. D. HISTOR. PROFESS. P. O. BIBLIOTH. ACAD.
DIRECT. INSTITVT. REG. HIST. GOETTING. MEMBRO
ORDIN. SOC. LAT. MARCH. BAD. SODAL. HONOR.

A. D. IV. IVNII A. R. S. MDCXCIX

H. L. Q. G.

ERV DITORVM EXAMINI SVBICIT

A V C T O R

CAROLVS HENRICVS SCHVNDENIVS

PHILOS. DOCTOR ET R. M. G.

Pars I. quae exponit argumenta interna.

VITEBERGAE

LITERIS CHRISTIANI PHILIPPI MELTZERI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



UNIVERSITÄTS- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663249-p0004-7



V I R O

EGREGIO. ATQVE. VENERABILI

L A V R E N T I O

SCHOLAE. ALTENBURGENSIS. PROFESSORI

ATQVE. H. T. PRO - DIRECTORI

PRAECEPTORI. PERCARO

GRATA. DISCIPVLI. PIETAS

1710

REGIO ALTA SARRACENA

LA VERTICALE

STADT AMMUNITIONEN

STADT AMMUNITIONEN

AMMUNITIONEN

AMMUNITIONEN



PRAEMITTUNTUR QVAEDAM.

Quae a summo diuini vatis ingenio profecta; ab antiquissima vetustate ad nostra tempora conseruata; ab uniuerso populo comprobata; a sagacissimo viro ad publicam orbis literati notitiam traducta, et ab omnibus uno ore celebrata sunt: ea iam in nos suscepimus tractanda, exponenda, vindicanda. Homerus, poetarum parens, cui diu nihil par, nihil secundum fuit, fraternas nunc iungit manus venerando Bardo, aequalemque lauream non inuidens illi concedit. Ossian reuixit. Priscum illum Caledoniae Bardum, qui et propter ingenii diuinam excellentiam, sublimitatem, dulcedinem et ubertatem, carminumque summam praestantiam et incredibilem venustatem, atque elegantiam, summis summo iure est adnumerandus, singulare viri eruditissimi Macpherfonis beneficium, cum iam in eo erat, ut temporis iniuria periret,¹⁾ seruaui atque sospitem paene ac incolumem nobis reddidit. Neque parua iacturam fecissemus, si carmina eius perisissent, cum non solum ob natiuam illam, qua excellunt, pulcritudinem, maximi sint aestimanda,²⁾ verum etiam ob incrementa non spernenda, quae

1) Plura iam carmina Ossiani eo tempore, quo Macpherfon ea colligere coepit, ab anno 1751 ad 1762. usque, perierant. cfr. Faujas. p. XI.

2) Sunt, qui Homero Ossianum antepo-
nant, v. c. Cesarotti qui eius carmina ita-
lica fecit: prima editio eius versionis prodit
1763. Patav. 8. 1) Vol. sed nondam omnia
carmina continet; altera: *Poesie di Ossian
trasportate dalla prosa inglese in verso*

*Italiano dall' Abb. Melchior Cesarotti. E-
dis. II. ricorretta ed accresciuta del re-
stante dei Componenti dello stesso Au-
tore. In Padova 1774. tomi IV. 8. quartus
tomus continet tract. Hug. Blair, indicem
nominum, ed una raccolta delle parole; ed
espressioni più singolari e notabili; che s'in-
contrano in queste poesie. et 1783. 12. 3 Voll.
Francogallice versa sunt anno 1777. *Ossian
sils de Fingal, Barde du troisieme siècle. Poes-
sies**

quae et historia, et poësis et chronologia et orbis antiqui notitia et religionum, morum, humanaeque naturae studium ex illis capere potest, thesauri insiar habenda esse videantur. Qua de re cum inter omnes conflet, mirum videri potest, carminum horum antiquitatem ab illo inde tempore, quo Macpherfon, tum ex ore aequalium, tum e cœdicibus manu scriptis ea colligeret, angliceque verfa in lucem ederet¹⁾ ad nostra usque tempora esse addubitatum variisque argumentis impugnatam,²⁾ Verum diuerfae fuerunt dubitationum illarum caufae. Hos enim partium studium, illos auctoritas docti cuiusdam viri abripiebat, hos scrupulus de stili elegantia, illos dubia de modo, quo per tot saecula integra ad nos peruenerint vexabant; alios ieiuna

ſix galliques traduites ſur l'anglois de Mr. Macpherfon. Par Mr. le Tourneur. Paris. II. Vol. 8. et par J. Lombard. Berol. 1789. 8. In vernaculam linguam verfa ſunt a Denis. Viennae 1768 et 1784 et 1791. 4. et 8. a Harold 1775. 8. a Petersen 1782. 8. et pallim, v. c. in Werthers Leiden. in der Iris, im deutchen Muleo. cfr. Blankenburg in ſuppl. ad Sulzer. et nuper promiſſa eſt noua verſio a Schubarto.

1) Prima verſionis carm. Oſſiani ſpecimina inſcriptiſt: *Remains of ancient poetry etc. 1760.* Paulo poſt edidit: plura, v. c. *Fingal an ancient epic poem in ſix books, with ſeueral other poems, compoſed by Oſſian the ſon of Fingal, translated from the galic language by I. Macpherfon. London. 1762. 4. Temora qu ancient epic poem etc. Lond. 1763. 4.* Anno ſequenti primam editionem edidit abſolutam, quae omnia ea carmina, quae antea paſſim ediderat, continebat: *The poems of Oſſian, translated by James Macpherfon. Lond. 1764. II Vol. 4.* cui inſerti ſunt etiam tractatus editoris et Hugonis Blair. Ultima, quam ipſe curavit Macph. et quae in locis non paucis a priori

differt, edita eſt 1773. Lond. 8. II. Vol. in praefatione editor hanc editionem his proſequitur verbis: the writer has now reſigned them for ever to their fate.

2) Eodem anno quo in lucem edebantur carmina Oſſi. addubitata ſunt, in *Journal des Savans* 1762. menſ. Novembr. et poſtea. *Hamburgiſche Unterhandlungen. Band I.* Princeps aduerſarius fuit D. Johſon, qui edidit 1775. librum: *A journey to the weſtern Iſlands of Scotland. Lond. 8.* in quo plane negat adefſe Oſſiani carmina. Socius eius fuit Shaw, quem excitauerat mercede, edidit ille: *An Enquiry into the Authenticity of the poems aſcribed to Oſſian. by William Shaw. A. M. Lond. 1781. 8.* altera editio cui acceſſerat: a reply to Mr. Clark's anſwer, prodiit 1783. Lond. 8. — In *Bodmeri Apollinar. Tubingae. 1783. 8. S. 357.* dubia mota ſunt, et nuper in *Ephemerid. liter. univerſ. Num. 139. ann. 1795.* nuperine vero dubia adhuc ſouit Herderus, in egregio ſuo tractatu de Homero et Oſſiano. vid. *die Horen, eine Monatsſchrift. herausg. v. Schiller. Jahrgang 1795. Band IV. Stück 10. Num. 5. pag. 91.*

argumentorum pertractatio impediēbat, quo minus assensum praebērent; alios nouae dubitandi et decidendi rationes, quas periti causlae arbitri pollicebantur, suspensos, dubiosque retinebant, ita ut et nostris adhuc temporibus non pauci sint, quibus nondum satis de genuina carminum Ossiani antiquitate constet. Quare hoc in nos suscepimus negotium, ut ostendamus Ossiani poemata, quae a Macpherfone edita sunt, 1) genuina esse, hoc est, ea saeculo III. extremo ab Ossiano Bardo Caledonico in Scotia occidentali inferiori fuisse composita, et ad nos venisse salua atque incorrupta. Erit autem disputatio nostra tripartita, pars I. exponet argumenta interna; II. externa, et III. obiectiones refutabit.

P A R S P R I M A .

A r g u m e n t a i n t e r n a .

I.

Ostenditur in uniuersum Carmina Ossiani esse antiquissimae aetatis.

a.

Nihil continent, quod recentiorē prodat originem.

Quatuor potissimum status, in quibus terrae in primis syluosae et montanae incolae sensim pedetentimque versantur, et per quos quasi per gradus ad summum vitae cultioris morumque elegantiae fastigium ascendere solent, constitui posse videntur. 2) Venatio, pecorum cura, agricultura,

1) Quanquam plurima argumenta, quae pro antiquitate Carm. Oss. a Macpherf. editorum, attulimus, de iis quoque valent, quae Smith et Young alique ediderunt, proxime tamen de Macpherf. collectione loquimur.

2) V. Hugonis Blair kritische Abhandlung üb. d. Gedichte Ossians, p. XXIV., im dritten Theil der Uebersetzung Denis, edit. 1768. 4.

tura, commercium. Omnis fere terrae, syluis et montibus spissae, primos incolas venationi operam dedisse, non solum historia docet, ¹⁾ verum etiã vel rei ratio monet; natura enim paucis contenta est, neque praeter victum et amictum necessarium plura desiderat. Homines, qui in illo statu versantur, ea tantum, quae dira necessitas imperat, sibi comparare student; omnium fere artium, omnisque morum elegantiae rudes, dispersi per sylvarum solitudines vagantes, adiunctis sibi fociis canibus feras persequentes, duro cibo, vestituque simplicissimo contenti, vitaeque societatis dulcedinis plane ignari, non nisi belli causa e sylvestribus latebris congregari uniusque imperio obtemperare solent. Huic populorum antiquissimorum imagini, utrum Ossiani populi mores respondeant nunc videamus. Ac primum quidem tota terrae facies populum prodit quam maxime incultum atque agricolam. Frustra enim ibi quaesieris urbium frequentiam ²⁾, pagorum vicinia, palatiorum splendorem ³⁾ artium industriam, fabricarumque opera; non hic conspexeris segetes undantes, sed sylvas horrentes, non messem hilarem, sed venationem cruentam, non oves montibus inerrantes ⁴⁾, sed feras timide fugientes; non agricolas denique, sed venatores, non domos, sed sylvestres latebras. Cum hac patriae Ossiani imagine, quam referunt omnia eius carmina, optime conveniunt mores, quos describit, qui quidem non feroces admodum, pro populi indole, verum simplicissimi sunt, et ita comparati, ut arguant primum nationis antiquissimae statum. Tantum enim abest, ut diuersi ordines et classes aut superiores aut inferiores reperiantur, ut Heroes, Homericorum more sibi met ipsi ministrant; cibum, venando partum, praeparant, ignem excitent, foueas ad coquendum fodant, lapidesque ne-

cessa-

1) Tacitus in Germania; Robertson Geschichte von Amerika.

2) Urbs Balclutha ad fluvium Clythe pag. 71. p. II. intra murum Agricolae sita fuit, nec ad Caledonios pertinuit p. II. pag. 65. not.

3) Fingalis domus, una excepta, e lapidibus extractae erant, sed summa simplicitate III. 65. not.

4) Quod P. I. p. 49. narratur, de Hibernia intelligendum est.

cessarias colligant.¹⁾ In bello nulla acies, nulla signa, nullae artificiosae evolutiones, nullae tubae; voces heroum terribiles,²⁾ scutorum clangor Bardorumque cantus sufficiunt ad significandum ducum animum,³⁾ pugnamque regendam, quae saepenumero singulo certamine finitur.⁴⁾ Neque ingeniorum, pro morum simplicitate, magna est varietas; nam sunt fortes aut timidi, hospitales aut avari, candidi aut insidiosii. Ipsi sese laudare non erubescunt. Artium, praeter ligni et ferri fabricationem et texturam, nulla videntur esse vestigia,⁵⁾ navigationem enim non artem dixerim, sed occupationem iis populis molestissimam, ad quam naturae ratione terraeque situ adigebantur. Vestes fuerunt simplicissimae, pectus et collum apertum, pedes ex parte nudi.⁶⁾ Clypeos ex ligno factos fuisse, ex eo patet, quod saepenumero in proeliis frangebantur.⁷⁾ Domiciliis dispersi latebant sylvestribus, non nisi ex ligno exstructis, vel e luto coagmentatis, quae vento patebant.⁸⁾

b. Scri-

1) P. I. p. 24. *A hundred youths collect the heath; ten heroes blow the fire; three hundred clasp the polished stones.* cl. p. 25.

2) *The king (Fingal) stood by the stone of Lubar; and thrice raised his terrible voice. The deer started from the fountains of Cromla; and all the rocks shook on their hills.* I. 88. sq. *Oscar stood at the tomb, and raised thrice his terrible voice. The rocking hills echoed around: the starting roes bounded away. And the trembling ghosts of the dead fled, shrieking on their clouds,* II. 25.

3) *The king struck the deeply sounding shield, the dismal sign of war! — Ghosts fled on every side, and roled their gathered forms on the winds — thrice from the winding vale arose the voices of death; —*

He struck again the shield; battles rose in the dreams of his host. — But when the third found arose, deer started from the clefts of their rocks; the screams of fowl are heard in the desert, as each flew, frightened, on his blast, III, 209 sqq. cf. p. 134.

4) vid. Fingal et Temora, aliaque.

5) *Carrus Cuch-ullin, quem pluribus describit Ossian.* I. 17 sq. non in contrarium lentitiam adduci potest, nam descriptio est poetica, nec dicitur esse fabricatus in Caledonia, aliunde ergo accepit forian.

6) cf. Works of Ossian edit. Francf. 1783. lib. I, p. 5.

7) *Isle heroes dicuntur: Breaker of shields.* I. 47.

8) cf. pag. antec. not. 4.

B

b.

Scribendi genus est simplicissimum.

Antiquissimus populorum quisque maxime stili simplicitate, orationis naturali constructione, verbis metaphoricis similitumque illustratione gaudet.¹⁾ Quod, si ita se habet, examinemus Ossiani carmina ad hanc normam, et nisi egregie fallor, quaeque pagina antiquitatis genuinae documenta clarissima suppeditabit. Nam neque periodorum ambitus, neque elegantem verborum coniunctionem, neque artificiosum ordinem rerum reperies; non stili ornamenta rhetorica, nisi ea quae natura rerum offert, inuersiones facetas, transitionesque quaesitas. Oratio est a natura profecta, incisa, breuis, audax, sublimis, fortis, figurata, pingens, abrupta, ita ut attentum interdum requirat lectorem. Frequentes dialogi. Non notiones abstractae sed concretæ; non uniuersales, sed definitæ; Turbines maris Malmor, arundo lacus Lego, ventus montis Cromlach; sol aridens campo Lena; pinus Innishuna; et similia innumera. Res quidem poeta noster in personas mutare solet, verum non nisi eas, quae in sensus occurrunt, ventum, arbores, flores, fluctus; virtutem vero, famam, terrorem, tempus non item.²⁾ Frustra etiam quaesieris artificialem poematum dispositionem ordinemque quaesitum; naturam enim unam sequitur ducem. Quae omnia magis adhuc de autographis ersicis valeant necesse est, quam de versione anglica, cum forsitan non negari queat, carmina illa vetustissima Ossiani, cum in linguam recentiore vertentur, aliquid nostri saeculi induisse, atque de veneranda vetustate aliquid perdidisse³⁾. Quae cum ita sint, quis est, qui sibi persuadere malit, tam excellens, tamque diuinum Macpherfonis ingenium fuisse, ut omnem suam innatam indolem naturamque plane exueret peregrinamque indueret, et incredibili paene dexteritate opus produceret tam spissa vetustatis

nebu-

1) cfr. Libri Iudaeorum sacri, Homerus, Edda, Sakontala, etc.

2) Excipe annos, horum enim vicissitudines in sensus cadunt. cfr. Hugo Blair Abhandlung p. XXIX. edit. 1768. 4.

3) cfr. Pars III. Dissert. Ea tamen summa fide et cum iudicio versa esse, Macdonald Scotus ille doctiss. confirmat. vid. Fanjas p. I. XI. »und alle (Gedichte Ossians) sind getreu und mit Geschmack von Macpherfon übersetzt.«

nebula circumfusum, quam summa artis criticae lux dispellere nequam possit ?¹⁾

II.

Ostenditur Carminum Ossiani patriam Caledoniam esse.

a.

E consensu totius terrae descriptionis, quam in illis carminibus reperimus, cum regionum illarum ratione, tam in uniuersum, quam in specie.

Docuisse iam nobis videtur in uniuersum, carmina Ossiani tum quoad materiam, tum quoad formam nihil in se continere, quod arguat originem recentiore; nunc ostendendum est, ea in Caledonia vel, ut accuratius rem definiamus, in ea Scotiae occidentalis parte, quae oceano adluitur infinitaque insularum numero, quae Hebridum nomine celebrantur, circumdatur, ab Ossiano esse composita. Hoc patet e consensu totius terrae descriptionis, quam in eius carminibus reperimus cum regionis illius ratione tam in uniuersum, quam in specie. Uniuersa illius terrae facies, testibus iis, qui eam adierunt,²⁾ horridi quid et inculti habet, coeloque immiti subiecta parat. Frequentes tempestates, tonitrua horribilia; procellae furentes, nebulae caliginosissimae, solis radiis iucundissimis raro modo locum relinquunt. Alta montium caecumina, saxorum horrenda praeci-

B 2

piti a

1) Quod Johnson in libro: *A Journey to the western Islands of Scotland*, Lond. 1775. 8., et Shaw in libro: *An Enquiry into the Authenticity of the poems ascribed to Ossian*. By William Shaw. A. M. London 1781. 8. contenderunt. vid. part. diff. h. j. III.

2) *Travels in the western Hebrides from 1782-99 by the Rev. John Lane Buchanan*. A. M. etc. Lond. 1795. 251 S. 8. theodilice 1795. Berolini, sumptibus Frider. Maurer. —

Observations made in a journey through the western Countries of Scotland in autumn 1792. etc. by Robert Heron. Perth. 1793. I. 787 S. II. 513 S. 8. et *Voyage en Angleterre en Ecosse et aux iles Hebrides, ayant pour l'objet les sciences, les arts, l'histoire naturelle et les moeurs, avec figures*. p. B. Faujats Saint Fond. Paris 1797. II tom. 434 S. 8. theodilice vertit C. R. W. Wiedemann, D. et Prof. Brunſw. cum adnotat. literati Scoti

pitia, 1) sylvarum spissae tenebrae, paludum vapores, torrentium mur-
mura sonantia, horridam incomtamque totam terram efficiunt. Cir-
cumdata est illa terra ab occidentali parte mari quam maxime pro-
celloso, 2) insulisque pleno, quarum vicinitas ad nauigandum inuitat;
littora vero maxime tortuosa sinuumque ingenti numero incisa repe-
riuntur. Optime huic illius terrae descriptioni illam, quam in Ossia-
ni carminibus depictam offendimus, respondere, comparatio vel obiter
instituta die clarius docebit. Nam si vel hoc verum esset, quod est
verissimum, omnia fere similia atque imagines quibus poeta utatur,
tam ad illustrandam, quam ad exornandam orationem, ductas esse
non nisi ab illis terrae affectionibus, quas modo recensuimus, nullo
amplius argumento opus haberemus, hoc enim clarissime ostenderet,
poetam in eiusmodi terra vixisse, quae omnia illa ipsi suppeditaret.
Montes, valles, saxa, mare, lacus, nubes, tempestates, procellae, im-
bres, tonitrua, fulgura, nebulae innumeraeque eiusdem generis fere
semper eius animo obseruantur, similibusque materiam praebent. He-
roes cum nebularum columnis, cum tempestatum et noctis spiritibus,
cum saxis, cum balenis, cum fulguribus, cum igne, cum maris pro-
cellis, cum torrentibus comparat; exercitus cum nubibus atris, cum
fluuiis, cum tonitru; eorum congressum cum conflictu undarum ma-
ris, cum undis sese praecipitantibus contra saxa, cum duobus torren-
tibus sibi ex aduerso obuiam factis; heroum transossorum lapsus con-
fert cum roborum, vel saxorum ingenti ruina, cum tumultu torrentis
montani, vel cum corona niuis cadentis; iuuenes et puellas cum so-
lis radiis, stellis, luna. Verum non similia modo, sed etiam uniuersa
illius terrae ratio, cuius vestigia frequentissima in poematibus Ossiani
occurrunt, optime illis regionibus respondet. In mari vicino laepif-
sime nauium turgida vela conspiciuntur; 3) et ad insulas frequenter
Fingal summus carminum heroes, expeditiones bellicas suscipit. 4) He-
roes conuocati a montibus suis, ferarum sedibus ruunt, fluuios hastis
inni-

Scoti James Macdonald. Göttingae. 1799.
et Pennant. Voyage to the Isles and Hebrides
in 1769 etc. Knox Iter per Scot. I, 293.
D. Johnson alique.

1) *Faujas* P. I. p. 191. 250. II, 15199.

2) l. c. P. I. p. 343, 64.

3) I, 47. Works of Ossian.

4) cfr. Temora, et alia.

innixi transfiliunt, in syluis conueniunt, excubiasque agunt in montibus, quorum pugnas saepe numero nebulae finiunt; regnum vel patria Fingalis nominatur Morven ventosum, nemorosum, nubilosum, fluuuii irriguum. Quae innumeris exemplis augeri possent, si loci et temporis ratio id permitteret, cuique enim lectori attento in qualibet, ut ita dicam, pagina sese offerunt ita, ut nullus dubitare queat, totam terrae faciem respondere optime illi, quam et nunc de ea tradunt illuc profecti, descriptioni. Verum non in uniuersum modo, sed ad minutissimas usque partes, eandem regionem esse patet. Singularum enim terrae illius partium, locorum, insularum, fretorum, fluuuiorum, regionum, montiumque nomina, situs, formam, naturam totamque rationem egregie et mirum in modum vel cum minutissimis carminum descriptionibus conuenire lectores, illarum terrarum cognitione instructi, reperient.¹⁾ Quod non de patria Ossiani vel de Caledonia modo valet, in qua carmina illa composita sunt, verum etiam de Hibernia cuius vicinitas in multis locis carminum celebratur, et expeditionibus Fingalis maxime innotuit.²⁾ Illam enim poeta Bardus, qui et ipse inter fumos heroes fuit, cum patre aut a patre missus adierat, et cum ipse rebus gestis interesset, fidissimus atque accuratissimus earum narrator esse poterat. Sunt loca quam maxime obscura in Scotia occidentali, ad quae non nisi incolae accedere solent, quorum nomina sunt quam maxime ignota, et quae Macpherfonem ipsum latuisse eius hac de re silentium docet, quorum tamen nomina, situs et tota ratio accuratissime cum quibusdam narrationibus et expeditionibus, quas carmina celebrant conueniunt.³⁾ Agriculae muri non obscura mentio

fir.

1) Faujas. XII. »Die Flüsse und Plätze from the Galic of Ullin, Ossian. Orhaben noch dieselben Namen, mit welchen Ossian sie belegte.«
from the Galic of Ullin, Ossian. Orhan etc. By John Smith Minister of Kilbrandon in Argyleshire. Edinb. et Lond. 1780. 4. theodisc. 1781. Leipz. 8. II. Vol.

2) cf. Temora.

3) cf. *Galic Antiquities consisting of a history of the Druids, particularly of those of Caledonia; A dissertation on the Authenticity of the poems of Ossian, and a collection of ancient poems translated*
In altero horum voluminum versionis germ. continetur tractatus de Antiquit. Carm. Oss. ibi p. 25 lqq. in nota haec dicit: Es ist eine erstaunende Übereinstimmung zwischen einigen dieser Gedichte und den Scenen, die

lit.) Quae cum ita sint, aut credendum est, poetam omnino suae patriae innatam quasi ideam atque notionem plane abiecit, miraue diligentia et incredibili paene felicitate peregrinam terram suam fecisse, quod temere fieret; aut concedendum est, Ossianum illis in terris, quae describit, vixisse.

b.

Mores quos pingit Ossian. caledoniae populi sunt proprii.

Negari quidem non potest, posse aliquem studio atque attentione tam accuratam morum populi alicuius notitiam cognitionemque sibi comparare, ut ea, quae de illo populo ex ingenio proferat, speciem veritatis prae se ferant, eique convenire videantur. Verum ut in longa serie

die man in ihren Beschreibungen findet; die aber zu entfernt und dunkel sind, als daß der Übersetzer sie jemals sollte gesehen oder gehört haben, und in Ansehung derer, so viel ich jemals erfahren können, nicht einmal eine Sage ist, so daß Hr. M. Phorson sie in der Handschrift muß gefunden haben. Ich will nur eines Beispiels erwähnen, das mit Fleiß aus dem Theile, der am wenigsten in Gallischen von der ganzen Sammlung bekannt ist, gewählt worden. Es ist einer der Gefänge von Selma. Die Namen von Daura und Erath, von denen hier gesprochen wird, sind so ungewöhnlich, daß ich sicher bin, man kann jedermann auffordern, einen Beweis aufzuführen, daß es er den Namen, Beynamen oder die Sage davon gehört habe. Und doch kann in einem finstern und unzugänglichen Winkel von Argyleshire, von denen der Übersetzer Ossians gewiß niemals etwas gesehen hatte, und von dem er, wie sein eigen Stillschweigen, das Stillschweigen der Tradition über diese Geschichte und die

Entfernung und Dunkelheit des Orts verräth, ganz gewiß eben so wenig gehört hat — in diesem Orte, sage ich, liest sich sogar die Scene und die sehr ungewöhnlichen Namen dieser Episode ausfinden, die vielleicht von der ganzen Sammlung einem gallischen Alterthumskenner am wenigsten bekannt ist. Das Eiland, auf das der Verwüther Erath die Daura durch Betrug lockte, führt noch seinen Namen von Innis-Erath » das Eiland von Erath.« Der Führer und die daran liegende Meyerey, die aus einer ausgebreiteten Heide, von einem großen Bergstrom umgeben, besteht, die immer noch von dem unglücklichen Mädchen den Namen Daura in »Strom von Daura« führt. Und was es noch mehr bestügt, daß dies die von Ossian beschriebene Scene seyn muß, ist, daß verschiedene umherliegende Plätze von Connal und andern seiner Helden benannt sind, deren Namen mehr bekannt sind.

1) What does Caros, (Carausius qui reparavit murum Agricolae) king of Shlips?

Jaid

serie carminum, quibus populi illius mores depingit, ne in minimo quidem peccet, tamque egregie summam artis criticae aciem decipiat, ut nihil plane spurii reperiri possit, id mihi quidem diligentiam hominis superare videtur. Quare si Ossiani carmina nihil non modo continent, quod cum moribus populi caledonici pugnet, verum potius optime cum illis consentiunt, fatendum est hac ex re argumentum peti posse, quod, si cum aliis coniungatur, non parum ad rem nostram facere posse videatur. Iam Ossiani carmina nihil non modo continere, quod illorum temporum illiusque populis moribus consuetudinibusque repugnet, verum e contrario omnia egregie illis respondere, lectorem huius rei peritum vel leuis carminum delibatio docebit. Liceat exempli causa quaedam enumerare. Bardi indigenae illius terrae quorum saepissime in poematibus Ossiani mentio fit,¹⁾ qui res gestas canendo memoriae posteritatis tradere solebant,²⁾ ad nostra fere usque tempora in illis regionibus florere, scholas habuerunt, discipulorumque coronam instituire soliti sunt;³⁾ quid? quod hodie adhuc quidam homines, qui carmina Ossiani recitare possunt, hoc nomine insigniuntur.⁴⁾ Quibus carminibus cum mirum in modum a tempore inde Ossiani

said the son of the now mournful Ossian: spreads he the wings of his pride, bard of the times of old? He spreads them, Oscar, replied the bard, but it is behind his gathered heap. He looks over his fiones with fear and beholds thee terrible, as the ghost of night that rolls the wave to his ships. II, 16. sq. cf. p. 18. ubi Carua fluvius nominatur, qui illum murum lambebat, et adhuc eo nomine paulo immutato Carron notus est.

1) Poeta noster ipse huic ordini addictus et unus e principibus fuit.

2) Singulare Bardorum officium fuit, laudes heroum bello interemtorum celebrare quod nisi factum fuerit, heroibus non licuisset adire maiorum domos aereas, neque in-

teresse eorum epulis (feasts of shells) et venationibus.

3) vid. Neuer Deutscher Mercur, St. VIII, VI. Über Ossian und den Karakter der Schottischen Hochländer; tractatus ille continet sententiam Macdonaldi literati Scotti de itineris descriptione quam Faujas edidit. ibi p. 352 diferte dicit: — *eines Volkes, das zum Theil in den Schulen der Barden seine einzige Bildung erhielt, die bis zu Anfang dieses Jahrhunderts, in in Long-Island bis zum Jahre 1746 fortgedauert haben und allemal von den angesehensten Männern im Lande unterstützt wurden.* — *Reperitur ille tractatus etiam in germania versione libri laudati Faujas.*

4) Faujas I. 227.

populus caledonicus delectaretur, per omnia saecula ad nostra usque tempora amor illorum perduravit ¹⁾, ita ut et hodie cantibus nihil gratius, nihil iucundius habeant, eaque dulce laborum lenimen efficere soleant. ²⁾ Canum sodalitate; qua Ossiani temporibus maxime gaudebant, nunc quoque egregie delectantur, eosque et laborum et gaudiorum socios faciunt. ³⁾ Hospitii iura, quae Ossian sanctissima suis ciuibus fuisse dicit, tanta adhuc pollent auctoritate, ut omnibus fere orbis terrarum populis hac in re antecellere, ipsisque hospitibus nimio studio molesti esse videantur. ⁴⁾ Domiciliorum pauperum, vestiumque totius populi eadem adhuc est ratio, quae Oss. temporibus; illa e luto arundinibusque extractae sunt, ventoque patent, hae vericolineae, simplicissimae, antiquissimique originis. ⁵⁾ Huc accedit, quod innumera carminum Ossiani loca, versus integri atque nomina inde ab antiquis temporibus in proverbia abierint, omnibusque vel maxime incultis lingritissima. ⁶⁾ Quod est gravissimum antiquitatis poematum Oss. argumentum. Nam nisi a vetustissimis inde temporibus fuissent notissima, omniumque ore celebrata, non potuissent tot loca in proverbia abire, quae non nisi longa consuetudine sanciri, ut ita dicam, atque constitui possunt. ⁷⁾ Sed haec sufficiant ad ostendendum carminum Ossiani veram

1) Faujas P. I. p. VIII. seu N.D. Mercur. l. c. *Von den Personen, die sie recitiren, hörte er, daß sie diese Lieder von ihren Vätern und Großvätern, die sie ebenfalls von ihren Großvätern und sofort seit undenklichen Zeiten lernten.*

2) Faujas. P. II. p. 22. lq.

3) Johann Lane Buchanan's, *Missionairs der schottischen Kirche, Reisen durch die westlichen Hebriden, während 1782 - 1790, aus dem Englischen. Berlin b. Maurer. 1795, pag. 9. lq.*

4) Faujas I. 232. lqq. II. 24. lq. cfr. 17.

5) Faujas I. 209. lq. cfr. Diod. Sic lib. V. *vestibus ununtur mirificis, tunicas nempe tin-*

ctas et variis coloribus floridas quasi illi gestant.

6) Smith. Über die Ächtheit Ossians. p. 260. lq. Exempla plura affert: v. c. *Chaing Fionn riabh blar gun chumha. Fingal non delectatur certamine, quamvis eius brachium est validum. Na seachinn an torzuill, 'sua hiarr i' Fing. B. III. pugnam ne quaeras, oblatam vero ne vites. Cha bhualdhich gu brath am meat: Fing. B. III. Fortes fortuna iuvat. Hoc valet etiam de nominibus heroum Ossiani quorum clarissima incolis hodie adhuc sunt solemnia. Cuchullin denotat virum fortem. Connan rixosum. etc. ibid.*

7) Plures praeterea consuetudines antiquiss. occurrunt v. c. *Zonae factae. vid. II. 49. et superstitiones. I. 15. 30.*

veram patriam esse Caledoniam. Restat ut tempus, quo floruerit Ossian, carminaque illa composuerit, accuratius definiamus, quod in sequentibus fiet.

III.

Definitur accuratius tempus quo vixit Ossian, saeculo nimirum extremo tertio.

a.

Ante saeculum IV. vixit.

Nam 1.) nulla Clanorum mentio fit.

Tota gens Caledonica ab antiquissimis temporibus divisa fuit in tribus, quarum cuique praeerat unus quem principem appellabant. Tribus hae dictae sunt Clani. Hanc huius populi in Clanos divisionem non nostro tempore sed antiquitus factam esse docet historia, et univèrsa totius populi traditio confirmat. Nam non modo omnes, vel vetustissimi libri, scriptaque documenta antiquissima et publica et priuata Clanorum mentionem frequentissimam iniiciunt, 1) verum etiam tabulae inprimis genealogicae, quarum omnes sunt quam tenacissimi, scrupulosissimi 2) atque diligentissimi unanimi consensu eorum origines ad remotissima antiquitatis tempora, ad saec. IV. usque referunt. Quarum testimonium, univèrsa univèrsi populi traditio optime confirmat; 3) Fuerunt vero Caledonii, et ad nostra usque tempora sunt Clanorum tabularumque genealogicarum eam ob causam tenacissimi quoniam quisque Clanorum illorum princeps suos sui que Clani origines ad Ossiani usque tempora, referebat et ab uno vel altero Fingalis heroo deriuabat; quem cum gentis suae auctorem coleret atque maximi faceret, diligentissime suae ab illo successione testimonio feruare,

1) Johann Fordun, Buchanan, Jacob Ware.

3) cfr. Itineraria, D. Johnson, Pennant,

2) cfr. Script. not. praeced. laudati.

Knox. etc.

uare, atque continuare solebat. Fuit praeterea inter Clanos illos earumque principes singulare partium studium miraque zelotypia, quae haud raro rixarum, dissidiorum et bellorum ansam praebebat. Bardi cuiusvis vero erat, sui principis originem genuinum non defendere modo atque tueri, verum etiam auctoritatem eius atque nobilitatem super omnes alios euehere.¹⁾ Quare si Ossian haece temporibus vixisset, non potuisset non mentionem horum Clanorum non modo iniicere, verum etiam sui ipsius nobilitatem atque splendorem supra omnes extollere; quod omnes eius successores fecisse videmus. Iam vero in omnibus Ossiani carminibus non dicam illius partium studii, sed ne leuissimum quidem istius diuisionis vestigium occurrit, sed omnis potius populi eius ratio originem illius non obscure praeparasse videtur;²⁾ Constat igitur Ossianum ante illud tempus, quo illa diuisio obtineri coeperit, vixisse; quam cum historia, tabulae genealogicae et traditio ad saec. usque IV. referant, illum ante saeculum quartum vixisse iure contendere posse videmur. Quod confirmatur etiam argumento quod nunc sequitur nam

2.) nullam christianae religionis mentionem facit.

Historia docet iam inde a saeculo II et III. ad Caledonios sacra christiana penetrasse, potillimum vero saeculo IV. ineunte regnante Diocletiano. Qui cum crudelissime in christianos saeuiret, omnique tormentorum genere ad abnegandam religionem eos adigere conaretur, magnum eorum numerum patriae fines relinquere satumque felicitius quaerere coegit. Praeerat tum Britanniae Constant. Chlorus, mitis ille et mansuetus imperator. Ultro ergo in Britanniam multi sese contulerunt, et sub eius auspiciis religionem paternam non exercuerunt modo, verum etiam pro viribus propagare studuerunt; ita ut inde a saeculo IV. ad omnes fere Caledonios eius notitia penetrasse videatur.³⁾ Haec optime cum causa nostra congruunt. Nulla enim

omni-

1) cfr. notae antecedentes.

2) Nominantur enim multi heroes principes a montibus sedibus suis praecipites ruentes, manumque militum stipate; irae gentium

vel familiarum. cf. II. 163. cfr. I. 20, 6. II. 82. cf. not.

3) cfr. Usserius in Antiquitat. eccles. Britannicar. p. 328sq. Lond. 1687. fol.

omnino christianae religionis notitia Ossian imbutus esse videtur, neque ulla in eius carminibus eiusmodi cognitionis occurrunt vestigia, verum non negari potest, ad eius terras, quamvis omnium Caledoniae remotissimas aliquos christianos pervenisse videri. Nam non modo alloquitur in initio quorundam carminum quendam, quem appellat Son of the distant land, who dwellet in the secret cell; son of the secret cell; son of the rock,¹⁾ verum etiam superest adhuc colloquium quoddam, quod habuisse fertur cum christiano misso ad convertendos Caledonios.²⁾ Huc accedit, quod traditio utrumque confirmet, quae illum son of the distant land dicit, fuisse christianum talem, qualem Culdee nominarent, et qui cellulas Druidum desertas, vel securitatis vel religionis propagandae, vel vitae anachoreticae causa incolere solerent.³⁾ Quae cum ita se habeant, apparet Ossianum illo tempore vixisse, quo nondum omnibus innotuerat rel. christiana, propagari tamen et ad remotissimas terrae illius partes penetrare coeperat, ante saeculum nimirum quartum.

b.

Post saeculum primum vixit.

Patet hoc ex eo, quod nulla plane Druidum mentio ab extracta est. Celeberrimum illum et potentissimum Druidum ordinem, qui

C 2

inter

1) II. 41. *Son of the distant land, who dwellest in the secret cell! I hear the sounds of thy grove? or is it the voice of thy songs? The torrent was loud in my ear, but I heard a tuneful voice; dost thou praise the chiefs of thy land, or the spirits of the wind? — But lonely dweller of the rock?* cfr. not. *Son of the secret cell! dost thou delight in songs? Hear the battle of Lora.* p. 43. *Son of the distant land, thou dwellest in the field of fame; o let thy song rise, at times in the praise of those that fell.* p. 55. cfr. II, 179. *lonely dweller of the rock.* etc.

2) cfr. tract. Macpherfonis de antiquit.

carminum Oss. p. XII. sq. in opp. Oss. ibi his verbis colloquium illud laudat: *It was with one of the culdees, that Ossian in his extreme old age, is said to have disputed concerning the christian religion, this dispute is still extant and — bears the genuine marks of antiquity.*

3) *The Missionaries, either through choice, or to give more weight to the doctrine they advanced, took possessions of the cells and groves of the Druids; and it was from this retired life they had the name Culdees, (Culdich) which in the language of the country signified sequestered persons.* l. c. p. XII.

inter nationes Celticas per multa saecula floruit, e Britannia originem duxisse ibique praecipue regnasse historia non obscure docet. Locus classicus hac in causa est ille Caesaris, qui disertis verbis affirmat: Disciplinam Druidum in Britannia repertam atque inde in Galliam translata esse, ita ut illi qui diligentius eam cognoscere vellent, illo discendi causa proficiscerentur.¹⁾ Quam cum Caesaris tempore in Britannia tam florentem tantaque auctoritate pollentem reperimus, non probabile est, illo statim tempore omnem auctoritatem eum plane perdidisse, penitusque fuisse extirpatam. Quod uniuersa illius populi caledonici traditione confirmatur accuratiusque difinitur. Ea enim tradit: Druides ob insolentiam, regni affectationem, rerumque nouarum molimina, ab auo Fingalis Thrathal fuisse extirpata.²⁾ Non mirum ergo est, nullam eorum mentionem in suis carminibus facere poetam nostrum, cum aduersariorum numero eos haberet, et diu iam extinctam disciplinam, inuidiae timendae causae, in hominum memoriam reuocare nollet. Quod si traditionem cum historia conferamus, apparet, ordinem Druidum ad saeculum saltem primum extremum usque in illis terris floruisse; quod cum concedamus oporteat, oportebit etiam Ofsianum post saeculum primum vixisse, quoniam nullam omnino illius Druidum ordinis atque disciplinae mentionem facit, quod sine dubio fecisset et facere coactus esset, si illo tempore vixisset, quo disciplina adhuc florisset. Certe quaedam eius vestigia vel leuissima accurrent, quod cum ne semel quidem fiat, aperte nostram sententiam confirmat.

c.

Vixit saeculo tertio extremo.

Ex iis, quae in antecedentibus de vera Ofsiani aetate diximus apparet: eum post saeculum I. et ante saeculum IV. vixisse, restat ut accu-

¹⁾ Caesar. Bell. Gall. lib. VI. c. 15. sq. *secundi causa. proficiscuntur.* pag. 226. ed. Mont.
²⁾ cf. tract. Macph. de Antiq. Off. in opp. pag. VIII. sqq.

accuratius, quantum quidem fieri poterit, aetatis eius tempus definiamus. Efficitur hoc duobus argumentis quae carminum argumentum notis suppeditat. Quorum vero res gestae cum sint per se incerti temporis, conferamus eas necesse est cum certiori Romanorum historia, eamque quasi ducem ex hoc labyrintho sequamur. Sunt vero haec:

Anno saeculi tertii decimo Imperator Seuerus, redux factus ex bellicis contra Caledonios expeditionibus, Eboraci in morbum lethalem incidit. Quod cum Caledonii Maiaetaeque rescuissent bellumque modo finitum redintegrassent: Seuerus filium suum Caracallam ad eos debellandos misit. Qui cum non nisi spe patri succedendi teneretur, male quidem res suas egit, nuntioque de patris obitu allato statim pacem fecit, terram occupatam Calédoniis tradidit, atque ad regnum capeffendum rediit. 1)

Hoc bellum Oflian singulari carmine cecinit, Fingalisque patris sui res egregie gestas victoriasque a Romanis deportatas laudibus extulit. 2) Appellat vero Caracallam nomine paulo ad linguae suae genium inflexo Caracul, additque ei cognomen quod clarus illum nobis designat; vocat eum nimirum filium regis orbis terrarum.

In alio carmine Oflian inter praeclara filii sui Olcaris facta refert victoriam, quam de rege nauium Caros ad ripas tortuosi Carun reportauerat. Patet, illum quem vocat Caros Oflian, Carausium esse, qui occupato imperio anno octogesimo septimo saec. III. Britanniam inuasit, atque imperatorem Maximianum Herculium proeliis aliquot naualibus fudit. 3) Quod poetam induxisse videtur ut regem nauium illum vocaret. Haec narratio optime etiam conuenit cum historicis documentis hibernicis, quae obitum Fingalis anno 285. et filii Ofliani Olcaris anno 269. euenisse affirmant. 4)

Varii

1) cf. Dio Cassius.

2) Comala II. p. 1—14. cfr. not: the Caracul mentioned here is the same with Ca-

racalla the son of Seuerus.

3) The war of Caros. II. p. 15—28.

4) cfr. Tract. Macph. p. XV.

Varii praeterea carminum Ossiani loci Romanorum bellorumque cum iis gestorum mentionem faciunt ¹⁾ verum nulli tam claram quam hi duo laudati. Qui quidem Ossiani aetatem ita definiunt, ut eam extra omnem dubitationem posuisse videantur. Nam cum Ossiani pater filiusque horum bellorum duces fuerint; ipse vero omnibus superstes extiterit, sequitur eum saeculo III. extremo ad initium quarti usque vixisse.

Quae cum ita sint; ut Carmina Ossiani nihil non modo contineant, quod recentiorem originem prodat, verum optime cum moribus, terrae situ atque totius populi Caledonici ratione conveniant, temporumque vetustissimorum, saeculi nominatim III, notis luculentissimis iisdemque certissimis sint insignita, nihil quidem probabilius videtur, quam Ossianum saeculo III extremo vixisse, carminaque ea, quibus Macpherson nos donauerit, ab eo in Caledonia composita esse atque integra et salua ad nos peruenisse; sed cum non ignotae sint artes scriptorum quorundam et veteris memoriae et recentioris, qui antiquissimorum populorum atque morum ingenia et imagines perquam callide imitati sint: accedat necesse est ad hanc vim in ipsa carminum Ossianicorum natura et conformatione omni sitam, exterorum, quoque argumentorum pondus; quod quale ac quantum sit, secunda parte libelli nostri ostendetur.

1) II, 70. I, 139.

2) Alia bellorum cum Romanis vestigia II, 24. 27. 77. II, 70, 1, 139. conchae II, 49.

VINDICIAE
ANTIQUITATIS CARMINVM OSSIANI

DISPVATIO HISTORICO - CRITICA

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
PERMISSV

PRAESES

CAROLVS HENRICVS
SCHVNDENIVS

PHILOS. DOCTOR ET R. M. C.

D. L. Q. E.

HORIS POMERIDIANIS

ERVditorVM EXAMINI SVBICIET

RESPONDENTE

IOANNE FRIDERICO LIPPOLD

PHILOS. DOCTOR ET R. M. C.

Pars II. quae exponit argumenta externa.

VITEBERGAE

LITERIS CHRISTIANI PHILIPPI MELTZERI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI,

VINDICIAE
ALTISSIMAE CARMINE ORNATAE

INSTITVTIO HISTORICAE CRITICAE

1743

AVGVSTVS TULLIVS ORNATAE
PREFATIO

CAROLVS HERBIVS
SCHNEIDERIVS

AVGVSTVS TULLIVS
PREFATIO

AVGVSTVS TULLIVS
PREFATIO

IOHANNES FRIDERICVS IMBOLDI

AVGVSTVS TULLIVS

AVGVSTVS TULLIVS

AVGVSTVS TULLIVS

AVGVSTVS TULLIVS
AVGVSTVS TULLIVS



PARS ALTERA.
Argumenta externa.

I.

Editoris Macpherfonis testimonium ab omni suspitione liberum.

Si quid est, quod viro honesto et probo graue accidere potest, et calamitosum aequè ac capitis periculum, nil sane grauius, nil acerbius probitatis et honestatis temere suspectae rumore cogitari posse videtur. Nam quid, quaeso, maiori iniuria accidit, capitisne diminutio, quae hominem e hominum societate plane auferit, ita ut omnis simul boni maliue sensus tollatur; an omnis omnino honestatis, aestimationis et honoris publici, omnisque apud ciues auctoritatis, spoliatio: ita, ut omni quidem vitae iucunditate homo ille miserimus priuetur, doloris vero, ignominiae atque summae miseriae sensu acerbissimo cumuletur? Hoc verò ii faciunt, qui virum probum et honestum hominemque innocentem temere criminis publice arguunt. Quare quo animo eos ferendos censemus, qui Macpherfonis viri spectatissimi atque doctissimi non solum, verum etiam probissimi et grauissimi fidem publicam suspectam facere conantur. Quo iure virum bonum, cuius candorem, tota gesta vita, unanimisque totius populi sui testimonium confirmant, mendacii publici temere reum faciamus, ejque imponendi suis non modo ciuibus, verum omnibus etiam viris doctis consilium temere tribuamus? Valeat ergo necesse est, donec probetur contrarium viri grauissimi atque probissimi testimonium, valeat eo magis, quo est ab omni ira et studio remotius, veroque propius. » Auctor verslonis, ita rem narrat, quamquam, admiratione et studio ductus, plures Ossiani carminum particulas collegerat, nunquam tamen sperabat fore, ut anglice verterentur, publicarentur. Nec unquam for-

litam hoc factum esset, nisi vir quidam ob merita de poesi clarissimus eum adhortatus esset, ut fragmenta quaedam, quae in manibus haberet, oratione soluta anglica faceret, atque cum aliis communicaret. Quo facto manu scripta exempla cupide quidem lecta et valde aucta sunt, sed transcribendo ita quoque corrupta, ut inuitus quasi auctor cogereetur prelo ea tradere, atque sub titulo: *Fragmenta antiquae poeseos in lucem edere.*¹⁾ Excitatus deinde a multis iisque viris doctissimis et spectatissimis, iter sex mensium in patriae fines suscepit, carminaque ea, quae temporum iniuriam effugerant, cum e codicibus manu scriptis, tum ex ore ciuium collegit, anglice vertit atque edidit.²⁾ Huic narrationi, quae summae probabilitatis *νπιτηρια* impressa fert, ex eo praeterea, certitudinis quaedam species accedit, quod apparet Macpherfonem ne potuisse quidem, licet voluisset, fallere. Nam non dicam, quod nihil plane veri dissimulatione lucratus esset, quippe qui nominis immortalitatem probitatis atque honestatis iactura nimis cari pretii emisisset; ne suis quidem ciuibus aliisque suis aequalibus imponere potuisset, cum timeat ipsi, inter quos et a quibus carmina illa sese accepisse affirmabat, non superstites modo viuerent omnes, verum etiam totius causae optima notitia atque cognitione instructi essent, eius versionem legerent, eumque si voluissent facili negotio, publice mendacii convincere potuissent. Quare, aut existimandum est, virum omnium testimonio probissimum et honestissimum publice mentiri non erubuisse, nationemque uniuersam miro atque incredibili paene consensu mendacium illud comprobasse, quod foret absurdissimum, aut concedendum est, Macpherfonis testimonio hoc certe effici, carmina Oss. antiquitus inter Caledonios nota fuisse, neque ab eo esse supposita.

II.

Codicum manu scriptorum fides.

Et si nullos omnino carminum Ossiani codices manu scriptos haberemus, eorumque testimonio plane destitueremus, nihil hoc ad infir-

¹⁾ *Remains of ancient poetry, collected in the Highland of Scotland.*

²⁾ cfr. Tract. I. Macpherf. pag. XXIII. in opp. ed. Francf. 1783.

mandam causam nostram faceret; cum ea sit rei ratio, ut facile iis superfedere possimus.¹⁾ Verum iam in eo versamur, ut editoris testimonium, quod modo exornauimus, codicum manu scriptorum fide fulciamus ac confirmemus. Iam quamvis maximam Ossiani poematum partem ex ore aequalium Macpherlon collegit, reperit tamen aliquot etiam codices manu scriptos,²⁾ quorum argumentum optime cum iis carminum particulis, quas e recitatione civium suorum exceperat, conveniebat. — Verum errant, qui sibi persuadent, in illis codicibus omnia omnino carmina, quae Macpherlon ediderit, contineri. Neque existimandum est, scripta illa monumenta inde a temporibus prisca Ossiani ad nos pervenisse vel certe ante multa saecula esse nata, quantum enim vetustissimis iam temporibus Caledonii artis scribendi notitia imbuti esse videantur,³⁾ ea tamen monumenta literaria, quae Ossiani carminum fragmenta continent, non nisi aliquot saecula viderunt.⁴⁾ Sed hoc non impedit, quo minus iis quoque causa nostra innitatur; quippe qui non antiqua esse illa carmina, sed adesse ea modo in illis regionibus et adfuisse ante Macpherlonem his documentis ostendere velimus. Neque etiam Editor illos codd. manu scriptos non inspicieudos omnibus dedit atque examinandos. Immo vero per multos menses librario servandos hoc mandato tradidit, ut omnibus, qui vellent oculis suis manuumque tactu de rei veritate sibi persuadere, copiam eorum faceret; ut omnes periti causae arbitri carmina illa scripta cum recitationibus quotidianis incolarum istius terrae conferre, eorumque genuinam indolem examinare possent.⁵⁾ Quod quo

D 2 me-

1) Faujas praef. Macdonald. p. VIII.

2) cfr. not. antec. p. XXIV. »the translator collected from tradition and some manuscripts.« cfr. Tract. Clarkii p. 31 sqq. ibid. et Tract. Smithi p. 311. in Versione theodisca: *Durch einen glücklichen Zusammenstoß der Umstände fand Hr. Macpherlon diesen Burden aus und eroberte seine Schätze. Aus dieser und aus einer Sammlung von einigen der wichtigsten Hand-*

schriften Ossian's, die in dem Lande unter dem Namen des Leabhar dearg, oder das Buch mit dem rothen Deckel, oder das rothe Buch bekannt waren, und die etc. etc. cfr. p. 261. et Faujas I. 227. cod. manuscr. laudat, adhuc extantem.

3) cfr. J. Caesâr B; G. Lib. VI.

4) Faujas Saint Fond. I. 215. sq.

5) Tract. Clarkii p. 33. Smithi p. 262. sq.

melius atque diligentius fieri posset, non inspicienda solum ea dedit omnibus, verum etiam typis quaedam exscribi curavit, editionique alteri adiecit.¹⁾ Nuper etiam universa carminum Ossiani a Macpherfone editorum autographa erfica publici iuris facta atque a viro nobilissimo Mackenzie iis, qui nomina subscriberent vendita sunt.²⁾ Apparet ergo ex iis, quae diximus, carmina Ossiani plura ante Macpherfonem scripta adfuisse, bonaque fide ab eo nobis esse servata atque tradita.

III.

Testimonium multorum virorum eorundemque gravissimorum.

Testimonium hocce, virorum spectatorum de Ossiani antiquitate cum sit disertum, grauissimum et a diversis diversae nationis viris profectum, iure ab eo, quod paragrapho sequenti laudabimus, testimonio scilicet totius populi Caledonici, secernere eique praemittere satius videtur. Tria horum testium genera constitui posse videntur, unum eorum, qui ante Macpherfonem floruerunt, alterum aequalium et tertium, qui post eum vixere. Grauissimum eorum est testimonium, qui ante Macpherfonis tempora vixere, hi enim ingenue, omnique studio vacui causam tuentur. Quorum in numero sunt Bardi, qui II et III saecula ante Macpherfonem floruerunt, et quorum scripta adhuc leguntur. Omnes illi Ossiani carmina non modo laudant, ad ea alludunt, magni ea aestimant atque imitantur, verum etiam disertis verbis tradunt illa suis temporibus ab omnibus maximi aestimata, a maioribus accepta, memoriae mandata et horis vespertinis in conuentibus praesertim hiemis tempore decantata, certaminaque instituta esse, quinam maximum vericulorum numerum recitare possent.³⁾

Fuerunt ante Macpherfonem, qui carminum Ossiani particulas collige-

1) Lib. VII. Temorae.

2) Factum est hoc anno 1797. sed numerus eorum, qui nomina subscriberent exiguus modo fuit, pauci enim Angli scoticam linguam callent.

3) Tract. Smithii p. 258. sq. et notas.

»Barden, die selbst schon verschiedene Jahrhunderte alt sind, führen sie an, ahmen sie nach und spielen auf sie an.« cfr. not.

ligerent, vertere atque in publicum edere inciperent. Quorum in numero fuit vir non indoctus STONE, Scholae Dunkeldicae praecceptor, quem, cum diu ante Macpherlonem consilium vertendorum carminum quorundam Ossiani cepisset, speciminaque nonnulla publicasset, praematura mors opus inchoatum abfoluere vetuit.¹⁾ Non multo post vir clarissimus POPE, minister ecclesiae, quae Rea floret, eodem consilio fragmenta poematum Ossiani colligere coepit, sed nullo auxilio adiutus animum abiecit.²⁾

Aequalium Macpherlonis ingens est numerus. Nam multi non modo codices manu scriptos, quos librario editor tradiderat, inspexerunt, verum etiam ipsi suis auribus carmina Ossiani a Caledoniis recitari audierunt, ipsique a pueris ea didicerunt. Quorum in numero sunt viri grauisissimi et spectatissimi, homines nobiles, milites, ecclesiarum ministri, mercatores et omnium ordinum spectata fide viri, quos recenset H. Blair in calce elegantis suae dissertationis, qui ipse cum propter ingenii candorem et sagacitatem tum propter eruditionis copiam grauisissimis testibus adnumerandus est.³⁾

His addamus quosdam non numero, sed pondere aestimandos: JOHN SMITH virum, cum propter ingenii acumen et utriusque linguae Caledonicae et Anglicae peritiam, tum praesertim propter patriam quam cum Ossiano communem habuit, testibus classicis hac in causa adnumerandum. Audiuit ille non solum ab incolis multas carminum horum recitationes, verum etiam collegit non pauca et publicauit.⁴⁾ JOHN CLARK, virum doctum et candidum, qui investigandae scoticae antiquitati una cum pluribus sociis feliciter operam nauauit. Disertis ille verbis affirmat, sese omnia illa carmina, quae Macpherlon ediderit, audiuisse ab incolis illarum terrarum recitari; animadvertisseque

ea

1) cfr. I. c. p. 257. not.

2) I. c. p. 258. in not.

3) cfr. etiam Smithii tract. anglice, nam in versione theodistica omissus est locus ille, qui recenset illos viros.

4) *Galic Antiquities consisting of a history of Druids etc., a dissertation of the poems translated from the Galic of Ullin, Ossian, Oran etc. By John Smith, Minister of Kilbrandon in Argyleshire. Edinburgh and London. 1780.* 4.

ea cum iudicio et fide esse verſa; idem etiam antiquitatem et genuinam eorum indolem a criminationibus aduerſariorum optime defendit.¹⁾ DONALD M'NICOL, Miniſtrum eccleſiae Liſmoreenſis in Argyreſhire, linguae ſcoticae morumque illius populi peritiſſimum hominemque literatum. Cuius cum in media Oſſiani patria uiueret optimeque rem noſſe poſſet, teſtimonium, quod ſingulari libro pro Oſſiani antiquitate ſcripto edidit, tanta pollet vi, ut vel per ſe ad euincendam rem noſtram ſufficiat.²⁾

Multi praeter eos enumerare poſſent aequae graues et ſpectati viri, v. c. Henry Home Lord Kaiſes;³⁾ M. Young,⁴⁾ qui non ſolum carmina Oſſiani recitari audierunt, ſed etiam tractatibus integris eorum antiquitatem defenderunt, ſed parcendum eſt tempori et ſpatio, pauca de iis addamus, qui poſt Macpherſonem teſtimoniis ſuis noſtram cauſam confirmarunt.

Inter eos qui poſt Macpherſonem, id eſt recentiſſimis diebus⁵⁾ ſuis teſtimoniis veram Oſſiani carminum antiquitatem confirmarent, praefertim eminet *James Mac-Donald* Eſq. Scotus ille doctiſſimus, qui noſtras terras nuper adiit, nunc vero, reuerſus ad ſuos, diuini Bardi patriam, nemoroſum Morven, grata temporum priſcorum recordatione abreptus, pererrat. Viri huius ſagaciſſimi euſdemque erudiſſimi teſtimonium omnium eſt luculentiſſimum atque certiſſimum, quippe qui et in notis ad librum quem *Faujas St. Fond* edidit, et in iis, quae

1) Tractatus eius reperitur in opp. Oſſiani. Francoſ. 1783. Tom. I.

2) Scripſit: *Remarks on Dr. Samuel Johnson's Journey to the Hebrides, in which are contained obſervations on the Antiquities, language, Genius and Manners, of the Highlanders of Scotland, by the Reverend Donald M' Nicol A. M. Miniſter of Liſmore in Argyreſhire.* London. 1780. 8. cfr. tract. Clarkii. p. 54. ibi literae eius ad Clarkium de antiquitate carminum Oſſiani extant.

3) *Sketches of the Hiſtory of Man in IV. Vol. by Henry Home Lord Kaiſes.* Dublin 1775. 8. in II. Vol. book I. Sketch VII, p. 52.

4) *Antient galic poems etc. by Young.* in the *Transact. of the royal iriſh Academy*, 1787. Antiq. p. 43 ſqq.

5) Obiit Macpherſon anno 1795 et die XVI. menſis Martii in Abbat. Weſim, ſepultus eſt.

quae ad illum praefatus est, saepius affirmat carmina Ossiani a Macpherfone edita adhuc maximam partem audiri atque recitari, optime-
 quae esse verba. 1) Quae cum ita se habeant, quis est, qui adhuc de
 carminum Bardi nostri genuina indole dubitare sulsineat, cum tot
 tantisque testimoniis iisque certissimis sit confirmata.

IV.

Testimonium totius populi Caledonici.

Quamvis argumentis, quae hactenus ad probandam Ossiani car-
 minum antiquitatem adduximus, tanta inest vis, tantaque efficacia,
 ut vel accerrimum aduersarium de ea conuincere possint, salua tamen
 nostra caussa, omnibus illis argumentis carere possemus, si modo hoc
 unum nobis restaret, quod ut exponamus in eo iam sumus, testimo-
 nium nimirum totius populi Caledonici. Est enim generale, anti-
 quissimum, omni suspicione liberum, accuratissimum eamque ab caus-
 sam grauissimum.

Si testimonium singulorum hominum fide dignorum tanti aesti-
 matur, ut res per illud asserta credatur, quid de uniuerso uniuersi po-
 puli testimonio nobis videatur necesse est! quid moneri poterit con-
 tra affirmationem talem, qualem in caussa nostra nobis praefat popu-
 lus caledonicus, seu tota illa natio, quae occidentalem partem Scotiae,
 insulasque illas, quae nomine Hebridum celebrantur incolit? Testi-
 monium vero illud esse uniuersale docet primum iam silentium altum
 uniuersi populi Caledonici, quo apertam et manifestam Macpherfonis
 ad ipsum provocationem excepit, ita ut tacito omnes 2) consensu ea,
 quae

1) cfr. praef. ad opus Faujas. pag. VIII.
 »Ihm selbst blieb gar kein Zweifel übrig,
 weil er viele hunderte dieser Verse, welche
 sämmtlich dem Ossian zugeschrieben wer-
 den, und in welchen einer und ebendersel-
 be Verfasser durchaus nicht zu verkennen
 ist, von Leuten aller Art in entfernten In-
 seln und Provinzen mit so wenigen Abän-

derungen hersagen hört, das er sich nicht
 genug über die Kraft des menschlichen Ge-
 dächtnisses wundern kann.«

2) excepto uno isto Shaw, homine, cuius
 summa ignorantiam, impudentiam et ve-
 valia mendacia Clark tractatu suo saepius
 laudato pro merito castigauit.

quae contenderet; probarent; sed non tacita modo approbatione, causam Macpherfonis confirmarunt, verum in omnium ore sunt carmina ea, quae ille nobiscum communicavit; omnes illius populi ordines ab infimis ad summos usque carmina Ossiani nomine celebrata memoria tenent,¹⁾ maximi faciunt,²⁾ libenterque cuilibet petenti recitant.³⁾ Quid? quod plura illis nota sunt, quae Macpherfonis diligentiae atque sagacitati elapsa sunt,⁴⁾ tantumque versicolorum numerum tam egregie tantaque inter se conformatione memoria tenent, ut humanas vires vix ad id sufficere credideris, nisi auribus ipse tibi hac de re perluaferis.⁵⁾

Hoc vero uniuersale unanimumque totius populi testimonium tantum abest, ut nostrates modo aut Macpherfonis aequales edant, ut sit a vetustissimis antiquissimisque inde temporis semper eodem omnium consensu eademque constantia editum. Nam senes maxime aetate proejecti, — videtur vero illis prae caeteris natura annorum longam seriem concessisse⁶⁾ — ea non modo a patribus, avis et proavis se discere meminerunt, verum etiam audire maiores suos saepius affirmantes: sese accepisse ea carmina ex ore patrum et hos rursus

1) Faujas. P. II. p. 23. *Es giebt vom Kinde bis zum Greise niemand in diesen Inseln, der nicht lange Gedichte oder Loblieder von diesem alten berühmten Barden (Ossian) auswendig wüßte.* cfr. I. p. 245. et 227. et 212. et praef. p. VIII. *Einem jeden Hochländer sind der Name und die Gedichte dieses größten der caledonischen Barden, so wie auch die vielen Traditionen, welche sich noch über ihm und sein Hel denzeitalter erhalten haben, sehr wohl bekannt. verba Macdonaldi.*

2) Ossians Name wird immer mit Liebe und Ehrfurcht ausgesprochen. Faujas praef. IX. sunt verba Macdonaldi. cfr. P. II. p. 22. sq. et not. *Wenn man einen Hochländer fragt: wer der Dichter des schönen von ihm gesungenen Liedes sey, so antwortet er*

gewöhnlich: »Ganz gewiß kann ich es nicht sagen, es gefüllt mir aber bey nahe so gut, wie ein Gesang von Ossian.«

3) Faujas P. I. p. 227.

4) Faujas praef. Macd. p. IX.

5) cfr. not. 18. et pag. X. praef. Macd. ad Fauj. *Die Gedichte sind wirklich da, die Flüsse und Plätze werden bis auf den heutigen Tag bey demselben Namen genannt, womit sie Ossian belegte, er wird von alt und iung angeführt, seine Gedichte werden mit ersteunlicher Übereinstimmung, (so er staunlich, daß niemand es glauben kann, der es nicht selbst gehört hat) von allen denen horgesagt, welche Ansprüche darauf machen, irgend eines von ihnen auswendig zu wissen.*

6) Praef. Macd. ad Fauj. p. VIII.

rursus a patribus usque ad tempora antiquissima. Quorum testimonium¹⁾ scriptis etiam momentis egregie confirmatur et extra omnem dubitationem ponitur.

Populi totius testimonium porro ab omni suspicione liberum est. Singuli quidem testes subornari queunt, uniuersam vero nationem doli, fallaciae vel mendacii arguere temeritatis est. Quare si totus populus Caledonicus eadem carmina recitat, quae Macpherlon anglice vertit; si uno ore confirmat haec esse eadem carmina, quae a patribus acceperit, eosque ea rursus a patribus accepisse; si unanimes consensu profitetur Macpherlonis versionem esse accuratam fidamque:³⁾ cui poterit suspectum esse eius testimonium, cum neque mercede omnes conducti esse possint, neque omnes gloriae atque famae suae tam peruersae studere, ut vera esse affirmant, quae non sint; cum denique sint ordinibus tam diuersis, studiis oppositi, locis remoti, scientiis et cognitione tam variis; qui fieri potuit, ut homines tam diuersi, tam oppositi ad idem mendacium quasi sacramento adstringerentur, miroque et incredibili consensu ad eundem dolum obligarentur? Neque uniuersale modo est, antiquissimum et omni suspicione liberum hoc totius populi Caledonici testimonium, verum etiam accuratissimum atque maxime perspicuum. Osiendit nimirum quatenus carmina Ossiani, a Macpherlone versa sint genuina; Carmina quidem singula, quae nostris adhuc diebus illius terrae incolae memoria tenent atque recitant, eadem sunt, quae a Macpherlone edita leguntur, verum ordo eorum atque coniunctio plurium in unum totum absolutum opus non eadem esse videntur. Nam episodiarum maxima pars, quas Macpherlon, quamque suo loco disposuit, non eodem ordine atque coniunctione recitatur, sed sigillatim, ut quaeque per se efficiat narrationem et poema integrum, neque cum caeteris cohaereat, aut partem totius cuiusdam car-

1) I. e. Die Leute, welche sie herzsagen, Großvätern lernten etc., und so fort seit berichten ihm, dass sie dieselben von ihren undenklichen Zeiten. Vätern und Großvätern gelernt haben, welche 3) Praef. ad Fauj. p. IX. Der Hochländer che sie gleichfalls von ihren Vätern und hört alle Stücke Macpherlon's und manche

carminis maioris efficiat.¹⁾ Quare dispositio et ordo carminum, quorundam v. c. Temorae maximam partem a Macpherfone profectus esse videtur, qua in re forsitan Homero cum nostro Bardo singularis intercedit fati similitudo.²⁾ Neque hoc vitio verti potest editori; nam pro ingenii sui acumine atque subtilitate licuit ei quaecunque dispersa essent, colligere atque in idoneum ordinem redigere, eaque, quae sese inuicem excepisse ipsi viderentur, suo quaeque loco disponere, totumque bene atque cum iudicio ordinatum opus conficere.

Tantum vero abest ut hoc dissimulauerit, ut ingenue potius professus sit quid suae diligentiae debeamus, simulque ostenderit, qualem hoc in negotio ducem praeter ingenii acumen secutus sit; traditionem nimirum, qua necessaria indiguit ad ordinanda singula fragmenta atque apte digerenda.³⁾ Nihil ergo hoc populi caledonici testimonio certius et clarius esse potest, cum non solum ostendat quae sint illa carmina, verum etiam quid ingenio et diligentiae Macpherfonis debeamus. Quae cum ita sint ut non solum editoris, codicum manuscriptorum, innumerorum hominum fide dignorum sed totius etiam populi caledonici testimoniis antiquitas genuina Carminum Ossiani euincatur, nostra disquisitio absoluta esse videtur; verum cum variae adhuc supersint obiectiones, quae in hoc libello commode non potuerunt tractari, singulari disert. ad eas respondebimus, III nimirum libelli nostri parte.

andere, welche von ihm nicht übersetzt sind, und bewundert die Treue der Übersetzung.

1) *Alle vom Hochländer hergesagten Stücke sind einzeln und abgerissen, und bilden nur die Beschreibung einer einzigen Handlung: wie eines kriegerischen Unternehmens, einer Heurath, eines Begrübnisses, einer Schlacht; nie findet man etwas in der Gestalt eines epischen Gedichtes. Praef. ad Fauj. p. IX.*

2) *cf. Wolfii Prolegomena ad Homerum. Halis. 1795.*

3) *cf. Works of Ossian. P. III. p. 7. not.*

When that collection was printed, little more than the opening of the present poem came, in regular connection, to my hands. The second book, in particular, was very imperfect and confused. By means of my friends, I collected since all the broken fragments of Temora, that I formerly wanted; and the story of the poem, which was accurately preserved by many, enabled me to reduce it in that order, in which it now appears; the title of Epic was imposed on the poem by myself. cf. tract. II. Macpherfonis de antiq. poem. Off. in opp. eius a Denis versis, P. II. ab initio.

VINDICIAE
ANTIQUITATIS CARMINVM OSSIANI

DISPVATIO HISTORICO - CRITICA

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
AVCTORITATE

P R A E S E S

CAROLVS HENRICVS
SCHVNDENIVS

PHILOS. DOCT. ET ORD. PHIL. ASSESS. EXTRAORD.

P R O L O C O

INTER ADIVNCTOS ORDINIS PHILOSOPHICI

R I T E O B T I N E N D O

A. D. XI. IVNII A. MDCCXCIX.

H. L. Q. C.

ERVEDITORVM EXAMINI SVBICIET

R E S P O N D E N T E

GVILIELMO TRAVGOTT WIMMER

PHIL. DOCT. ET R. M. C.

Pars III. quae obiectiones nonnullas refellit.

VITEBERGAE

LITERIS CHRISTIANI PHILIPPI MELTZERI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

VINDICIAE
ATQUE LIBERTATIS CAUSAM DEFENDIT

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS

LIBERTAS



P A R S T E R T I A .

Obiectiones nonnullae refelluntur, dubiaque solvuntur.

I.

Carminum Ossiani genuina antiquitas eo statim tempore, quo primum prodibant, in dubium vocata est.

Inter omnes, quae genuinae Ossiani carminum antiquitati obstant obiectiones, haec, quam primo loco posuimus, maximi momenti esse videtur. Nam cum primum prodiret Macpherfonis versio carminum Ossiano attributorum, vir eruditus et sagax, Johnson, Anglus ille, antiqua ea esse non solum dubitavit, verum libere contendit, ea esse fabricata et supposita a Macpherfone ipso. Quam sententiam, ut eo firmioribus fulciret argumentis, iter suscepit plurium mensium ad illas terras Caledonicas, inquisiturus scilicet in veram carminum Ossiani antiquitatem; quo ex itinere cum redux factus esset, multo tenacius adhuc contendit atque affirmavit, ne particulam quidem Ossiani carminum in illis terris reperiri, verum omnia a Macph. esse supposita, nonnullaque in galicam linguam versa et homines e plebe mercede adductos, qui illa memoriae mandarent, affirmarentque, sese a pueris illa didicisse, et Ossiani ea opera esse, persuasum sibi habere. Misit postea alium quendam hominem Shaw nomine, eodem consilio, cuius testimonium tanta conformitate sententiam Johnsonii confirmat, ut ponderis non parum ei per illud accedere videatur. *)

Ad hanc obiectionem haec respondentur: Primum quidem verum est, Johnsonium, principem illum aduersarium, virum fuisse non doctif-

*) cfr. Part. Ij. diff. I. pag. 11. not. 1.

doctissimum modo, verum etiam ingeniosissimum artisque criticae praeceptis bene imbutum; sed verum etiam est, eum fuisse hominem opinionibus temere captis, quam tenacissimum, neque, cum semel de aliqua re sibi persuasum haberet, facile ad aliam sententiam deducendum; Macpherfoni vero a multis inde annis aduersarium, multisque in causis contrarium.²⁾ Eiusmodi quidem virum, qui maxime praeterea eruditionis fama elatus superbiebat, cum semel publice suam de aliqua re sententiam dixisset, nominis sui auctoritas, quomodo errasse sese confiteretur, prohibuit, potiusque induxit ut omnibus, quibus posset adminiculis ad confirmandam sententiam suam uteretur. Quo etiam consilio suscepit iter illud ad terras Caledonicas Ossiani patrias. Verum bene tenendum est, primum eum non nisi sententiae suae stabilien-
 dae causa hoc iter suscepisse; deinde omni linguae caledonicae s. scoticae cognitione plane caruisse;³⁾ omnia porro loca, ubi codices manu scriptos, vel alia *αὐθεντικὰ* carm. Oss. indicia reperire potuisset, ex indolentia vitasse;⁴⁾ denique tamen non negare posse, se quaedam ab incolis illarum terrarum audiuisse recitari.⁵⁾ Haec valent etiam de socio suo Shaw, qui quidem dialectum linguae caledonicae corruptam calluit,⁶⁾ caeterum vero literarum rudis honestatisque et probitatis laude plane desitutus fuit.⁷⁾ Quae cum ita sint, apparet virorum istorum testimonium valde suspectum esse, et ad infirmandam causae nostrae veritatem, tot tantisque argumentis confirmatam nihil omnino valere.

II.

Materiam carminum esse Ossiani, formam vero totam a Macpherfoni profectam.

Quod nunc soluendum venit dubium, non minus graue atque difficile esse videtur; sunt enim non pauci, qui putent, non ordinem

2) cfr. tract. Clarkii in opp. Oss. p. 9 edit. Francf. 1783.

3) Faujas p. IX.

4) Clark. l. c. p. 58.

5) *ibid.*

6) *ibid.* p. 1.

7) Clark. tot. tract.

nem⁸⁾ modo, totamque internam carminum Oss. dispositionem a Macpherl. esse profectam, verum omnem etiam formam. Adfuisse nimirum materiam, rudem quippe et indigestam molem ab Ossiano profectam, hanc Macpherfonem elaborasse, poliuisse, et ad exempla celeberrima vetustatis graecae et romanae regulasque artis summas pro ingenii sui excellentia effluxisse. 9) Hinc sententiae, quod non negari potest, singulare quoddam argumenti pondus accedit ex eo, quod recentioribus temporibus carmina Ossiani a Young collecta et edita sunt, 10) quae et quoad argumentum totum, et quoad formam, ordinem rerum uniuersamque dispositionem, prima stamina quorundam carm. Oss. a Macpherl. editorum fuisse, ab editore vero mirum in modum expolita atque plane mutata esse videntur. 11)

Verum enimvero cum habeamus diserta testimonia plurium virorum grauissimorum, inprimis recentissimum illud viri spectatissimi Macdonaldi, et totius populi Caledonici, qui uno ore affirmant, omnia carmina Oss. a Macpherfone summa fide et diligentia versa esse: 12)

aut

8) Ordinem non plane a Macph. profectam esse, patet ex eo, quod codd. mnlcr. memorantur quatuor prior. libr. Fingalis, qui anno 1403 scripti esse dicuntur, cfr. Faujas I. p. 213.

9) cfr. Allgem. Lit. Zeit. 1795. N. 139. p. 346 sq. *Auch scheint sich bereits der kritische Theil des Publikums darin vereinigt zu haben, daß dieser scharfsinnige Kopf wahrhaft alte Stoffe nur nach den Mustern der erhabensten Dichter und nach den Eingebungen einer zarten Beurtheilung des Schönen und eines feinfühlenden Herzens ins Bewundernswürdige gearbeitet habe. — Es müßten alle analogischen Schlüsse ungültig seyn, oder das hier von Young mitgetheilte Gedicht, der Einfall in Irland von Erragon gehört zu diesen glücklichen Entdeckungen. Macpherfons*

Schlacht von Lora findet ihren ganzen Stoff, ihren Gang und ihre Grenzen in diesen Originale vorgezeichnet. Urbild und Abbild sind in nichts als in der Farbebeugung unähnlich; und wo das letztere von dem ersten abgeht, geschieht es mit der scharfsinnigsten Berechnung der poetischen Wirkung.

10) *Ancient Gaelic poems, respecting the race of the Fians, collected in the Highlands of Scotland in the Year 1784. By M. Young D. D. M. R. L. A. In the transactions of the Royal Irish Academy 1787. Antiq. S. 43. — 119.*

11) *Sunt omnino septem, v. c. Num. V. The invasion of Ireland by Erragon; VII. The death of Osear.*

12) cfr. diss. lj. P. II. pag. 30 sq.

aut fumendum est eorum testimonium esse falsum atque inane, aut cogitandum est de modo, quo hoc dubium solui possit. Illud vero cum temere foret, alterius leue periculum est. Nam constat duplicem esse carminum Ossiani recensitionem alteram caledonicam, veram illam atque genuinam; alteram hibernicam, corruptam illam atque recentibus temporibus a hibernicis bardis e genuinis illis caledonicis fabricatam.¹³⁾ Horum carminum exempla nonnulla Young ille, linguae non satis peritus¹⁴⁾ reperit, anglica fecit et edidit anno 1764. Hac recensitione viri, totius causae ignari, decepti putarunt Macpherfonem illa carmina poluuisse atque elegantiora facta edidisse,¹⁵⁾ cum ille tamen viginti annis ante ea ipsa carmina, quae Young edidit, in tractatu suo altero recensent, examinet atque recentiore eorum originem ostendat;¹⁶⁾ modumque et tempus non obscure definiat, quo hi-

13) cfr. tract. II. Macpherfonis in opp. Oss. a Denis edit. Bd. II. et not. h. dff. 16.

14) hoc ipse falsus est. cfr. praef. ad libr. not. 10 laudatum.

15) cfr. allgem. lit. Zeit. N. 179. 1795.

16) Ut res melius perspici possit, verba eius afferamus:

Man hat Gedichte auf dieser Insel (Irland) durch die Tradition, welche die Fionna oder die Helden des Fions Mac-Connal betreffen. — Jeder Absatz, fast jede Zeile giebt triftige Proben, das sie nicht einmal drey Jahrhunderte auf dem Rücken haben. — Eines derselben führt die Aufschrift: Teantach mor na Fionna und scheint mit der Schlacht von Lora, einem Gedichte des ächten Ossians auf eben dieselbe Geschichte gegründet zu seyn. Die Umstände und der Ausgang stimmen in beyden gänzlich überein (cfr. not. 9) nur das der zwiſche Ossian den Zeitraum, in welchem er lebte, durch einen unglücklichen Fehler entdeckt etc. — Das nächste Gedicht,

das unsere Aufmerksamkeit verdient, ist Cath-Cabhra oder der Tod Oscars. Es gründet sich auf eben den Vorgang, den wir im ersten Buche Tomoras haben. Das Gedicht enthält fast alle Begebenheiten des erwähnten ersten Buches. — Ein anderes hochgeschätztes Gedicht ist Duana Gharibh Mac-Starn. Die Erhabenheit der Bilder und die Wahrheit der Empfindungen, die es enthält, würden mich verleitet haben, eine Uebersetzung zu unternehmen, wenn ich es nicht in der Sammlung der Gedichte des irischen Ossians zu sehen hoffte, die man schon über ein Jahr dem Publikum verspricht. Der Verfasser senkt sich zuweilen zu niedrigen und unanständigen Schilderungen herab. — Der Stoff dieses Gedichts ist eben derselbe, auf dem das Heldengedicht Fingal beruht — er spricht mit vieler Zärtlichkeit von den Nonnen, und zieht auf die Engländer los. — Ihre Schreibart ist verdorben und so voll geborgter englischen Ausdrücke, das etc. — cfr. tract. II. Macpherf.

hibernici bardi hanc fraudem patrauerint.¹⁷⁾ Quae cum ita sint totam hanc obiectionem vanam esse apparet, cum praeterea huc accedat, quod autographa erica publicata sunt anno 1797. quae optime non modo cum versione Macpher. verum etiam cum quotidianis Caledoniorum recitationibus conveniunt. Ex his argumentis refelli quoque potest illa obiectio, quae Carm. Off. Hibernis vindicat, Caledoniaeque propria esse negat, neque singulari refutatione opus est.¹⁸⁾

III.

Internam carminum indolem nimis elegantem arguere recentiorem originem.

Ex iis obiectionibus, quae nostris diebus factae sunt, praeceteris haec est notanda: Omnem carminum indolem nimis elegantem, politam atque excultam recentiorem prodere originem. Deesse illis, aiunt, canam illam vetustatem, rudem simplicitatem atque paene rusticitatem, quibus agnoscantur caetera poemata vere antiqua;¹⁹⁾ sed, instar picturae recentioribus coloribus tinctae, illis carminibus impressa esse non obscura vestigia recentioris elegantiae; omnem heroum sentiendi, cogitandi et agendi modum nimis esse nobilem, urbanum et ab antiqua ferocitate alienum; mores esse molles, teneros, atque ita politos et castigatos ut populis, non nisi venationi et bello deditis

17) *ibid.* In dem jetzt beschriebenen zimmern. — Und doch sind sie so unge-
Zeitraume wurden die Irländer mit Off. schickt, und nennen sie von Zeit zu Zeit
Werken bekannt, und brachten sie nach Abions Geschlecht.
ihrer Insel. Als sie bemerkten, dass die
Scene manches Gedichts in Irland sey, kamen sie auf den Gedanken, den Dichter
sowohl als seine Helden zu ihren Landsge-
nossen zu machen. Dies auszuwirken, fanden sie nützig, die ächten Gedichte Off.
zu verwerfen, in welchen jede Zeile ihre
schottische Abkunft redete, und aus eben
dem Stoffe in ihrer Sprache eine Fabel zu

18) Duae nimirum cum sint carminum
Olliani recentiones, vel duplex quali Ollian, Hibernicus et Caledonicus; i. e. sup-
posita et recent. temp. facta carmina et
genuina; facile illa Hibernis concedimus,
nostra nobis vindicamus.

19) Skaldorum nimirum, Bardorumque
germanorum carmina.

ditis neuiquam proprii esse possint. Cupiditatum atque animi motuum indomitam vim atque effrenatam licentiam, genuinum quippe antiquitatis populi cuiusdam *μητιριου*, plane non in illo populo ab *Off.* descripto reperiri, verum eum potius esse ita excultum atque mitem, ut non nisi a recentiori poeta illa carmina composita esse queant.

Respondemus: Primum quidem non negandum est, illa carmina cum in linguam recentiorem verterentur, aliquid de veneranda vetustate perdidisse saeculique nostri aliquid induisse; ²⁰⁾ hoc vero tantum abest, ut caussae nostrae noceat, ut faciat ad stabiliendam eam. Porro aliquid elegantiae singularis illius tribuendum videtur ingenio summo atque exculto *Offiani*, qui quidem clarissimi herois patris filius, a *Bardis* educatus et omni cura instructus, poeseos studio politus atque egregio ingenio animoque miti et mansueti adiutus, non poterat non suis populi sui rerumque omnino omnium descriptionibus aliquid suae ipsius elegantiae indere, coloresque mitiores imponere. Tenendum etiam est, cum non tam populi in uniuersum, quam heroum et praecipuorum clarorum hominum mores pinxisse. Huc accedit, quod populi *Caledonici* mores, *Bardorum* scilicet scholis instructi, ab omni fere ferocitate liberi fuerint, et ad nostra usque tempora miram lenitatem et mansuetudinem retinuerint. ²¹⁾ Cupiditatum vero effrenatarum licentia, indomitaque vis in pluribus *Off.* carm. locis singularum heroum actionibus describitur. ²²⁾

IV.

Quomodo per tot saecula integra et incorrupta ad nostram aetatem peruenire potuerint.

Quaeritur porro: Cum constet, non omnia *Offiani* carmina scripta reperta, sed ex ore incolarum illius terrae excepta fuisse, eosque ipsos codices manu scriptos non nisi aliquot saecula natos esse: quomodo

²⁰⁾ *cf.* *diff. hist.* part. I. p. 10.

²¹⁾ *Faujas*, lib. laud. P. I. *diff. h.*

²²⁾ *Works of Ossian* P. I. p. 14. II. p. 175 lqq.

do fieri potuerit, vt in tanto tanque longa annorum et saeculorum ferie, carmina illa nihil e natua pulcritudine et genuina indole perderent; cum ne minima quidem narratiuncula salua atque incorrupta per aliquot modo hominum ora propagari possit; videri ergo opinionem eorum, qui carminum integritatem affirmant, a probabilitate esse alienissimam e contrario vero certam atque probandam eorum, qui nihil certi atque genuini ex illis poematibus ad nos peruenisse contes-

Videtur quidem aliquid momenti habere haec obiectio si in uniuersum spectatur, verum si eam ad rem praesentem applicamus, et paulo accuratius examinamus, omnis difficultas euanescit. Etenim non in uniuersum demonstrandum est, rem quandam, narratiunculam, vel carmina posse integra per plurima saecula, sine literis non nisi oretenus conseruari; sed definienda quaestio hoc modo est: Carmina Oss. potueruntne incorrupta in populo Caledonico a vetustiss. inde saec. ad nostra usque tempora oretenus peruenire? Respond. Potuerunt et reuera peruenerunt. Constat enim Bardorum ordinem ab antiquiss. inde temp. in illo populo floruisse, eorumque sanctam et inuolabilem legem fuisse, vt magnum et incredibilem paene versiculor. numerum memoriae mandarent, ita quidem, ut literis vti, plane vetitum esset atque prohibitum. ²³⁾ Quod cum ab antiquiss. temp. et diu ante Iulii Caesaris tempora factum esset, tantopere exercitata est eorum memoria, ut et hodie qui carminum recitationes ab ipsis audiant, in admirationem tantae tanque diuinae memoriae rapiantur. ²⁴⁾ Huc accedit, quod solenne quotannis Bardorum certamen instituebatur, ²⁵⁾ in quo ea carmina, quae omnibus pro-

²³⁾ Iul. Caes. B. G. lib. VI. *Tantis excitati praemis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt, et a propinquis parentibusque mittuntur. Magnum ibi numerum vestium edificere dicuntur, neque fas esse existimant ea literis mandare, pag. 220 edit. Mori, cir. tract. II. Macph.*

²⁴⁾ Faujas P. VIII et X.

²⁵⁾ P. II. p. 165 not.: *»This poem fixes the antiquity of a custom, which is well known, to have prevailed afterwards, in the north of Scotland and in Ireland. The bards, at an annual feast, provided by the king or chief, repeated their poems and*

probabantur, omniumque consensu optima esse censebantur, omnibus ediscenda distribuebantur, et reuera ediscebantur, quotidieque vespertino tempore hieme potissimum, non solum a Bardis, verum etiam ab omnibus incolis, eorum nimirum discipulis repetebantur.²⁶⁾ Ita quidem, ut quam maxime studerent, ne quid corrumpere, aut modo a caeteris diuerso recitarent. Hac ratione factum est, ut id, quod per se et in uniuersum non fieri posse videretur, in nostra causa reuera factum sit.

V.

Cur non prius ad publicam notitiam peruenerint?

Si carm. Off., obiciunt aduersarii, re vera per tot saecula adfuerint, et a toto populo caledonico tanti aestimata fuissent, sine dubio diu ante Macpherfonem in lucem edita, et publici iuris facta essent, praesertim cum Angli vicini sagaces sint boni atque pulcri speculatores; quod vero, cum non sit factum carminum antiquitati obesse videtur. Respondetur: Ratio, cur non prius ad publicam orbis literati notitiam peruenerint, haec est: Populi Caledonici ad tempora fere Macpherfonis nihil magis quam commercium cum aliis nationibus praesertim Anglis, a quibus male habiti esse sibi videbantur,²⁷⁾ fugiebant, morumque et institutorum maiorum tenacissimi montes suos nunquam relinquere solebant.²⁸⁾ Nulla ergo ad exteros notitia accuratior eorum ipsorumque institutorum peruenire poterat, neque ad Anglos, quippe qui, linguae scoticae plane rudes, pingui ingenio eos credebant. Macpherfonis vero tempore et iam pau-

lo

and such of them as were thought by him worthy of being preserved, were carefully taught to their children, in order to have them transmitted to posterity. —

26) *cf.* P. II. h. j. d. p. 32. lq.

27) *cf.* Not. 16. et Faujas-St. Fond. et tract. II. Macph.

28) Tract. II. Macph. *Entfernt von dem Reichsfitze und gesichert durch die Unzugbarkeit ihrer Gegenden lebten sie frey und unabhängig. Sie hatten wenig Gemeinschaft mit Ausländern, darum hielten sie über die Sitten ihrer Ahnen und ihre Sprache blieb ursprünglich rein.*

lo ante eum, quum coepissent, allecti elegantia et cultu Anglorum, nonnulli Caledonior. montes suos patrios relinquere²⁹⁾ et literis Anglicis omninoque caeteris studere, imbuti doctrina recentiori et antiquiori carmina sua, quae thesauri ignoti instar seruarant, ad aliorum notitiam perducere et sui populi famam euehere studebant. Angli vero ipsi non inuiti ea accipiebant, magnique faciebant. Quo factum est, ut tempore demum Macpherfonis ad publicam notitiam peruenirent. Quinquam et antea specimina quaedam edita fuerint.³⁰⁾

VI.

*Editionum carminum Ossiani a Macpherfone curatarum
diuersitas.*

Ad impugnandam genuinam Carm. Oss. antiquitatem assertur haec etiam obiectione, editiones eorum a Macph. curatas quam maxime inter se discrepare, verbaque non modo, sed integras phrasas non paucas esse diuersas, aliis locis quaedam demta, aliis vero addita; quod vero, si reuera tanta conformitate adessent carmina, non fieri potuisset.

At facilis est ad hanc obiectionem responsio. Editor nimirum ipse profitetur se, cum plura exempla conferret, lectionesque inter se examinaret, alia verba cum aliis, aliasque phrasas cum aliis permutasse, et omnia prout sibi, secundum regulas criticas, visum fuisset aptius respondere analogiae poematum et scribendi generi Ossiani, optima quaeque e diuersis elegisse, demisse, rescidisse, addidisseque; Neutiquam vero hoc pro lubitu fecisse, sed ita vt semper exempla vel antiqua vel recentiora sequeretur³¹⁾. Quo factum est ut diuersitas

29) Tract. I. Macph. *Viele haben schon gelernt ihre Gebürge zu verlassen, und ihr Glück unter einem mildern Himmelsstriche zu suchen.*

30) cit. Diss. P. II. p. 29. et tract. I. Macph. p. XXII. in Works of Oss.

31) *The reader will find some alterations in the diction of this book. These are drawn from more correct copies of the original, which came to my hands, since the former publication. As the most part of the poem is delivered down by tradi-*

ak 11 d 3 146

fitas quaedam inter nouissimam editionem et caeteras a Macph. curatas intercederet, quae vero antiquitati carminum non modo non nocet, sed potius ingenuitatem Macpherfonis clarius ostendit.

Haec fuerunt praecipuae obiectiones, quae singulari refutatione egere videbantur, reliquas facili negotio quisque argumentis, quae in prima et secunda parte libelli nostri ad probandam genuinam carm. Off. antiquitatem afferuntur refutare poterit.

Omnibus rite examinatis atque perpenſis, haec videtur extra omnem dubitationem posita esse: Carmina Ossiani nomine celebrata, non dicam a Macph. fabricata sed ne polita quidem et elegantiora facta fuisse, sed reuera in terris Caledonicis ita adesse; Epilodia vero nonnulla carminum potissimum maiorum ab eo, quaeque suo loco, disposita fuisse, ita ut e pluribus disperſis totum opus efficeret; hoc vero non nisi in nonnullis factam esse, testib. codd. mſcr. qui plures v. c. libros Fingalis continebant; genuina ergo i. e. vere antiqua esse carmina Off. a Macph. edita, et iure historicis documentis adnumerari posse.

tradition, the text is sometimes various of that, which agreed best with the spirit and interpolated. After comparing the rit of the context, W. of Off. P. II. p. 9 different readings, I always made choice sq. not.

Corrigenda.

- P. 9. l. 1. delenda verba: *nulla signa.*
- P. 21. l. ult. leg. 296. et del. verba: *filiu Off.*




Pou Ttd 3746, QK

Vd 18







K 557 (5)

VINDICIAE ANTIQUITATIS CARMINVM OSSIANI

II d
3146

DISPVATIO HISTORICO - CRITICA

QVAM

PRAESIDE

IOANNE MATTHIA SCHROECKHIO

PHILOS. D. HISTOR. PROFESS. P. O. BIBLIOTH. ACAD.
DIRECT. INSTITVT. REG. HIST. GOETTING. MEMBRO
ORDIN. SOC. LAT. MARCH. BAD. SODAL. HONOR.

A. D. IV. IVNII A. R. S. MDCCXCIX

H. L. Q. G.

ERVDTORVM EXAMINI SVBICIT

A V C T O R

CAROLVS HENRICVS SCHVNDENIVS

PHILOS. DOCTOR ET R. M. G.

Pars I. quae exponit argumenta interna.

VITEBERGAE

LITERIS CHRISTIANI PHILIPPI MELTZERI
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

